



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118510**

§. 53. Cleri Coloniensis Legatio ad suum Archiepiscopum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

§. LIII.

Sæcul. XVI.  
A.C. 1544.

*Cleri Coloniensis legatio ad suum  
Archiepiscopum.*

Hoc anno in Anglia Viacomienſis Episcopus librum gravibus admodum verbis conceptum contra Bucerum edit, atque in eo præter alios articulos Sacerdotum Cœlibatum propugnavit: ex adverſo Coloniensis Archiepiſcopus nil inaufum reliquit, ut in suum Electoratum Lutheri sectam induceret, eo  
dun-

*Sleid. l. 16.*

*p. 525.*

*Cochl. anno*

*1545. p. 312.*

*sante S. M. N. Rufi in Ordine antiquior, pro Decano sedens ad ejus recusationem ex pluralitate concludit. Anno Domini 1546. die 5. Januarii de libro Domini Cajetani dictum est auditis S. M. N. Priore Domus Prædicatorum, Et M. N. Petro de Aurato, tenente libellum quemdam, quem dicebat ipsius Cajetani de revocatione errorum suorum, quod ille liber reponeretur intra manus Dominorum Deputatorum, qui haberent referri Facultati, quæ invenirent in dicto libello, Et postmodum disponet Facultas. Anno 1546. die 20. Januarii in materia Domini Cajetani, audita supplicatione D. Prioris Fratrum Prædicatorum, qui supplicuit, quod visitetur D. Cajetani declaratio adjecta suo Commentario, Facultas ordinavit dictam declarationem visitandam per Dominos Deputatos, qui referrent eidem Facultati.*

Sæcul. XVI. duntaxat fine, ut nuptias inire posset,  
 A.C. 1544. prout etiam progressu temporis fecit.  
 Jam supra memoravimus, quod Colo-  
 niensis Clerus unacum Universitate sese  
 sacrilegis ejusdem ausibus vehementer  
 opposuerit, omnemque lapidem move-  
 rit, ut hæresin in hanc Diœcesin intro-  
 duci prohiberet: hanc in rem Clerici,  
 nec non Universitatis Doctores hoc an-  
 no ad Archiepiscopum literas dederunt,  
 simulque missis ad eum Oratoribus duo  
 ab illo petierunt. I. Ut a perverso suo  
 instituto desisteret, nec ullos in Ecclesia  
 tumultus suscitaret, sed potius Synodi  
 Decretum præstolaretur. II. Quanto-  
 cius novæ sectæ Præcones ejiceret.  
 Verum Archiepiscopus insuperhabita  
 Clericorum petitione, ad pejora pro-  
 gressus est, unde ingentes toti Provin-  
 ciæ calamitates impendebant: Itaque  
 hujus Diœcesis Ecclesiastici rursus eun-  
 dem per quicquid sanctum, sacrumque  
 rogant, atque obtestantur, ut officii  
 sui fideique, qua se Ecclesiæ Colonien-  
 si, Papæ & Cæsari obstrinxerat, haud  
 immemor hosce Pseudo-Præcones re-  
 moveret, totumque negotium ad proxi-  
 mi Concilii decisionem remitteret: si  
 vero secus fecerit, palam profitebantur  
 Clerici, quod superioris Magistratus au-  
 xilium implorare, cunctaque adhibere  
 vellent remedia, quibus tam conscien-  
 tiæ

tix suæ consulere, quam iram Dei pro-  
cul a se avertere possent: demum ex-  
ponebant, quod inviti quidem ad hæc  
extrema descendant, hæc tamen consi-  
lia, si ipse in perverso hoc proposito  
contumax persistere velit, arripere co-  
gantur. Verum omnes eorum preces  
& monita in irritum cecidere; unde illi  
Capitulum, ac præcipuos ex Clero ad Ec-  
clesiam Cathedralē die nona Octobris  
congregare compellebantur.

## §. LIV.

*Cleri Colonienſis Conventus adverſus  
Archiepiſcopum.*

**O**mnibus una congregatis cuncta, quæ *Sleid. l. c.*  
hucusque viginti tribus abhinc an-  
nis adverſus hæreſin geſſerant, publice  
prælegi juſſerunt, ac præter alia præci-  
pue Wormatiēſe edictum, quo Luthe-  
rus ex conſenſu Cæſaris, omniumque  
Principum fuit damnatus, atque Impe-  
rio proſcriptus: poſtea recitabantur edi-  
cta Auguſtæ, Ratiſbonæ, ac noviffime  
Spiræ contra eundem hæreſiarcham  
promulgata.

## §. LV.

*Cleri appellatio ad Papam & Cæ-  
ſarem contra eundem.*

**H**is omnibus neglectis, proſequebantur  
Clerici, *Hermanus novam iniit ratio-  
nem,*

Sæcul. XVI.  
A.C. 1544.